CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-13000-4 - Flavii Cresconii Corippi: Iohannidos Sev De Bellis Libycis Libri VIII
Iacobvs Diggle and F. R. D. Goodyear
Frontmatter
More information

FLAVII CRESCONII CORIPPI

IOHANNIDOS

LIBRI VIII

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-13000-4 - Flavii Cresconii Corippi: Iohannidos Sev De Bellis Libycis Libri VIII
Iacobvs Diggle and F. R. D. Goodyear
Frontmatter
More information

FLAVII CRESCONII CORIPPI

IOHANNIDOS

SEV

DE BELLIS LIBYCIS

LIBRI VIII

EDIDERVNT

IACOBVS DIGGLE

COLLEGII REGINALIS
CANTABRIGIENSIS SOCIVS

ET

F. R. D. GOODYEAR

LITTERARVM LATINARVM
IN VNIVERSITATE LONDINIENSI
PROFESSOR

CANTABRIGIAE

TYPIS ACADEMICIS

MCMLXX

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-13000-4 - Flavii Cresconii Corippi: Iohannidos Sev De Bellis Libycis Libri VIII
Iacobvs Diggle and F. R. D. Goodyear
Frontmatter
More information

CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS
Cambridge, New York, Melbourne, Madrid, Cape Town, Singapore,
São Paulo, Delhi, Dubai, Tokyo

Cambridge University Press
The Edinburgh Building, Cambridge CB2 8RU, UK

Published in the United States of America by Cambridge University Press, New York

www.cambridge.org
Information on this title: www.cambridge.org/9780521130004

© Cambridge University Press 1970

This publication is in copyright. Subject to statutory exception
and to the provisions of relevant collective licensing agreements,
no reproduction of any part may take place without the written
permission of Cambridge University Press.

First published 1970
This digitally printed version 2010

A catalogue record for this publication is available from the British Library

Library of Congress Catalogue Card Number: 78–85717

ISBN 978-0-521-07626-5 Hardback
ISBN 978-0-521-13000-4 Paperback

Cambridge University Press has no responsibility for the persistence or
accuracy of URLs for external or third-party internet websites referred to in
this publication, and does not guarantee that any content on such websites is,
or will remain, accurate or appropriate.

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-13000-4 - Flavii Cresconii Corippi: Iohannidos Sev De Bellis Libycis Libri VIII
Iacobvs Diggle and F. R. D. Goodyear
Frontmatter
More information

COLLEGIO REGINALI

ET

COLLEGIO DIVI IOHANNIS

CANTABRIGIENSIBVS

GRATO ANIMO

D.D.

ALVMNI

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-13000-4 - Flavii Cresconii Corippi: Iohannidos Sev De Bellis Libycis Libri VIII
Iacobvs Diggle and F. R. D. Goodyear
Frontmatter
More information

PRAEFATIO

Flauii Cresconii Corippi *Iohannis* codice unico Triuultiano, saec. XIV exarato, tibicine tenuissimo, fulta est.[1] primus publici iuris anno MDCCCXX fecit P. Mazzucchelli, uir in codicis scriptura detegenda magis expeditus quam in corruptelis agnoscendis, qui Corippum non Calliopeio sermone canentem sed uersu paene barbaro balbutientem reliquit. adnotationum tamen aceruum congessit haud inutilem, cum ad res historicas spectantem tum nonnullos poetarum priorum locos quos Corippus imitatus erat ostentantem. textum fere eundem anno MDCCCXXXVI protulit I. Bekker, paucis suo Marte coniecturis interpolauit, nec non decurtatas Mazzucchellii notas subiecit. melius de Corippo meritus est I. Partsch, cuius editio, codice denuo collato, in lucem anno MDCCCLXXIX prouenit: hic enim, quamquam in textu sanando non ita multum profecit, tamen in rebus historicis et geographicis enodandis adeo se exercuit ut eius prooemium, doctum sane et laboriosum, non sine fructu perlecturus sis. postremus *Iohannida* edidit anno MDCCCLXXXVI M. Petschenig, de cuius meritis hic exspatiari superuacaneum est, quippe cum ingenium eius et acumen uix ulla libri nostri pagina non satis superque testetur.

editionis nostrae rationem paucis exponemus. libros octo inter nos ita dispertiti sumus ut eos qui numero signentur impari (I, III, V, VII) nec non elegos praecedentes recenseret Diggle, ceteros Goodyear. alterius plagulas alter haud semel perscrutatus est, et litteris colloquiis conuiciis adeo egimus ut

[1] codicum tamen deperditorum duorum memoriam habemus, Casinensis (saec. XI exscripti) et Budensis (saec. incerti), quorum ex altero uocabulum unum, ex altero uersus quinque ad nos defluxerunt. accedunt etiam uersus nonnulli in Excerptis Veronensibus quae uocantur citati: e quonam codice desumpti sint ignotum est. de his testibus fusius disputant Partsch in prooemio pp. xlvii *sq.*, Petschenig in praefatione p. ix.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-13000-4 - Flavii Cresconii Corippi: Iohannidos Sev De Bellis Libycis Libri VIII
Iacobvs Diggle and F. R. D. Goodyear
Frontmatter
More information

nihil fere sis hic inuenturus quin ab utroque nostrum comprobatum sit. Triuultiani etiam imagines phototypicas inspeximus, nonnulla correximus quae perperam legerant Mazzucchelli et Partsch.[1]

in apparatu autem critico instruendo regulae quas sumus secuti hae sunt. quod errorum leuissimorum qui ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε in T scatent partem plurimam correxit editor princeps, noluimus in nomine Mazzucchellii sescenties uenditando lectori taedium mouere: quas igitur codicis lectiones in apparatu sine correctoris nomine commemoratas reperies, eas scito primum correxisse Mazzucchellium. tum quod ad orthographiam attinet, codicis in uocabulis singulis uacillationes ad unam normam paene omnes redegimus, quamquam haud ignari sumus in re lubrica nos hic uersari. utrum enim *tento* an *tempto*, *urgeo* an *urgueo* (ut duobus tantum exemplis utamur) Corippus adhibuerit, quis pro certo statui posse persuasum sibi habebit? indicabimus autem in apparatu utram uocabulorum de quibus uacillatur formam praetulerimus, non tamen omnia formae alterius exempla exscribemus.[2]

in textui medendo operam paene totam nauauimus, commentario perpetuo carmen illustrare supersedimus: nec inconsulte. nam ut taceamus de uberiore ista materiae segete quam in notis Mazzucchellii et Partschii prooemio offendes commentationes perutiles ad omnem fere *Iohannidos* indolem pertinentes iam composuerunt uiri docti complures. inter quos quattuor potissimum hic nominandi sunt: qui de sermone Corippeo disseruit Welzel, de usu grammatico Appel, de gentium Africanarum cognitione Riedmüller, de priorum imitationibus Amann. quos et nos plurimo cum fructu con-

[1] quod autem lectionum quae ex alia in aliam mutatae sunt nonnullas manui non primae sed alteri imputauerat Partsch, falsone an recte ita discreuisset nobis dispicere nusquam contigit. ergo istud discrimen, quod utrum uerum sit an fallax uix quicquam ad textum recensendum refert, silentio praeterire satius uisum est.

[2] plura de rebus orthographicis in Partschii prooemio pp. xlviii *sqq.* inuenies.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

Cambridge
Cambridge University Press
978-0-521-13000-4 - Flavii Cresconii Corippi: Iohannidos Sev De Bellis Libycis Libri VIII
Iacobvs Diggle and F. R. D. Goodyear
Frontmatter
More information

suluimus et lectori commendamus. nec ab re fore opinamur opinionem uerissimam subiungere quam in praefatione sua exprompsit Petschenig: 'praeter illos autem uersus, quos iam tetigi, etiam alii haud pauci sunt qui medella egeant: siue interpunctio mutanda est siue singula uocabula emendanda siue interpretatione ueriore quaedam monstra (ut ita dicam) dictionis tollenda.' nobis quippe istuc animo satis erit, si textum historicarum rerum studiosis utiliorem, poesis Latinae amatoribus gratiorem reddiderimus.

de titulo operis haec monenda sunt: T titulo caret, Casinensis *de bellis Libycis*, Budensis et codex quo usus est excerptor Veronensis *Iohannis* praetulisse traduntur.[1] *Iohannis seu de bellis Libycis*, quod iam uulgatum est, cum optime materiae atque indoli poematis respondeat, seruauimus. sed fortasse rectius quam *Iohannis* scribatur *Iohanneis*, quod amice admonuit E. J. Kenney, uel, quod A. D. E. Cameron, *Iohannias*.

reliquum est ut gratias eis agamus qui sua ope nobis subuenerunt: I. Cazzaniga, uiro tam humanitate insignito quam doctrina, qui Triuultiani imaginum nostra causa comparandarum onus ultro suscepit; Bibliothecae Mediolanensis curatoribus, qui illi deposcenti imagines ad unguem perfectas liberalitate mirum quanta subministrauerunt; E. J. Kenney, qui erroribus nescioquot nos arcuit, coniecturis haud paucis ditauit, idem temporis et doctrinae prodigus huius operis fautor indefessus semper exstitit; J. B. Hall, qui in schedis excutiendis tam nauiter rem gessit ut eiusdem tam doctrinae quam oculorum aciei plurimum debeamus. nec uero immemores sumus quantum attribuendum sit benignitati Consiliariorum Typographei Academiae Cantabrigiensis, qui opus tam tetricum ac blanditiarum expers foras edere non dedignati sunt.

J. D.
F. R. D. G.

Scripsimus mense Octobri MCMLXVIII.

[1] *u.* Partschii prooemium p. xlvii.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-13000-4 - Flavii Cresconii Corippi: Iohannidos Sev De Bellis Libycis Libri VIII
Iacobvs Diggle and F. R. D. Goodyear
Frontmatter
More information

CONSPECTVS LIBRORVM

EDITIONES IOHANNIDOS

Flauii Cresconii Corippi Iohannidos seu de bellis Libycis libri VII. Editi ex codice Mediolanensi musei Triuultii opera et studio Petri Mazzucchelli. Mediolani ex imp. ac reg. typographeo anno MDCCCXX (editio princeps).

Merobaudes et Corippus. Recognouit Immanuel Bekker. Bonnae, impensis Ed. Weberi MDCCCXXXVI (Corpus scriptorum historiae Byzantinae).

Corippi Africani Grammatici libri qui supersunt. Recensuit Iosephus Partsch. Berolini 1879 (Monumenta Germaniae historica, auctores antiquissimi 3.2).

Flauii Cresconii Corippi Africani Grammatici quae supersunt. Recensuit Michael Petschenig. Berolini 1886 (Berliner Studien 4).

LIBELLI AD IOHANNIDA PERTINENTES

Amann, R., *De Corippo priorum poetarum imitatore*, Oldenburg 1 1885, 2 1888.

Appel, E., *Beiträge zur Erklärung des Corippus mit besonderer Berücksichtigung des vulgären Elementes seiner Sprache*, München 1904.

Bailey, D. R. Shackleton, 'Notes on Corippus', *CPh* 50 (1955), 119–24.

Diggle, J., 'Notes on the "Iohannis" of Corippus', *CQ s.n.* 18 (1968), 132–41.

Goodyear, F. R. D., 'Notes on the "Iohannis" of Corippus', *Vig. Chr.* 16 (1962), 34–41.

idem, 'Conjectures and interpretations in the "Iohannis" of Corippus', *CR s.n.* 18 (1968), 14–16.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-0-521-13000-4 - Flavii Cresconii Corippi: Iohannidos Sev De Bellis Libycis Libri VIII
Iacobvs Diggle and F. R. D. Goodyear
Frontmatter
More information

idem, 'Six notes on the "Iohannis" of Corippus', *BICSL* 15 (1968), 70–1.

Goodyear, F. R. D. et Diggle, J., 'More notes on Corippus', *BICSL* 16 (1969), 16–28.[1]

Haupt, M., *Opuscula*, Leipzig 1875–, 3.370, 402, 586, 615–26.

Löwe, G., 'Über eine verlorene Handschrift der Iohannis des Corippus', *RhM* 34 (1879), 138–40.

idem, 'Handschriftliches zur Iohannis des Corippus', *RhM* 38 (1887), 315–16, 479–80.

Manitius, M., 'Zu spätlateinischen Dichtern I', *ZÖG* 1886, 81–101.

Partsch, J., Editionis a Petschenig curatae recensio, *BPhW* 7 (1887), 137 *sqq*.

idem, 'Die Berbern bei Corippus', in *Satura Viadrina, Festschrift zum 25jährigen Bestehen des philologischen Vereins zu Breslau*, Breslau 1896, 20–38.

Petschenig, M., 'Emendationen zu des Corippus Iohannis', *WS* 2 (1880), 257–74.

idem, 'Zur Kritik spätlateinischer Autoren', *WS* 3 (1881), 306.

idem, 'Emendationen zu des Corippus Iohannis, Zweiter Beitrag', *WS* 4 (1882), 292–9.

idem, 'Emendationen zu Corippus, Dritter Beitrag', *WS* 6 (1884), 261–8.

idem, *Studien zu dem Epiker Corippus*, Wien 1885 (*Sitz.-ber. d. Wiener Akad.* 109).

[1] Cum ea quae in *BICSL* 1969 disseruerimus paene eodem atque editio ipsa tempore perfecta sint preloque mandata, locos ibi tractatos in apparatu commemorare non licuit, hic autem par erit enumerare. Nempe Goodyear de his locis disputat: 4.55, 4.127, 4.346, 4.378, 4.397, 4.488, 5.22, 5.264, 5.306, 6.3, 6.139, 6.309–10, 7.317, 7.508–9, 8.76, 8.318, 8.381. Itidem Diggle de his locis: 1.99–103, 1.315–19, 1.430–7, 2.357–8, 3.198–200, 5.94, 5.281–6, 7.120–2.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

Cambridge
Cambridge University Press
978-0-521-13000-4 - Flavii Cresconii Corippi: Iohannidos Sev De Bellis Libycis Libri VIII
Iacobvs Diggle and F. R. D. Goodyear
Frontmatter
More information

Riedmüller, M., *Die Iohannis des Corippus als Quelle libyscher Ethnologie*, Diss. Erlangen, Augsburg 1919.

Skutsch, F., 'Corippus', in *RE* 4.1236–46.

idem, 'Berbernamen bei Corippus', *Byz. Zeitschr.* 9 (1900), 152 *sq.* = *Kleine Schriften*, Leipzig/Berlin 1914, 151–2.

Welzel, A., *De Claudiani et Corippi sermone epico*, Diss. Breslau, Breslau 1908.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org